

israhel. De hoc ipso in epistula pauli ad epheseos. Omnis sermo malus de ore
uestro non prodeat. sed bonus ad aedificationem fidei. ut det gratiam au
dientibus. De hoc ipso ad romanos. Benedicentes. & non maledicentes.
De hoc ipso in euangelio cata matheum. Qui dixerit fratri suo fatue
reus erit in gehenna ignis. De hoc ipso cata lucam. Dico autem uobis
quia omne uerbum uacuum quod locuti fuerint homines. reddent pro
eo rationem in die iudicii. De sermonibus enim tuis iustificaberis. & de ser
monibus tuis damnaberis.

XIIII Numquam mussitandum. sed circa omnia quae accidant benedicendum dominum,
apud iob. Dic uerbum aliquod in dominum & morere. At ille intuitus eam dixit.
Tamquam una ex ineptis mulieribus loquuta es. si bona excepimus de
manu domini. mala non tolerabimur. In his omnibus quae acciderunt ei nihil
peccauit iob labiis suis in conspectu domini. Item illic. Anim aduertisti
puerum meum iob. Non enim est similis illi quisquam in terris. homo sine
quaerella uerus dicultor. abstinens se ab omni malo. De hoc ipso in psalmo
xxxiiii. Benedicam dominum in omni tempore. In sempiternum laus eius in ore meo.
De hoc ipso in actis apostolorum. Circa mediam autem noctem paulus & sileas
orantes gratias agebant deo. Audiebant autem eos uincti. Item in epistula
pauli ad philipenses. Omnia autem pro delectatione. facite sine murmura
tionibus & reputationibus. ut sitis sine quaerella & inmaculati filii dei.

XV Ad hoc temptari homines deo ut explorentur. In genesi. Et temptauit deus
abraham & dixit ad illum. Accipe filium tuum illum unicum quem dilexisti
illum isac. & uade in terram altam. & inpones illum hostiam in uno ex montib:
de quo tibi dixero. De hoc ipso in deutero nomio. Temptat dominus deus uester uos
ut sciat si diligitis dominum dominum uestrum ex toto corde uestro & ex tota anima uestra.
De hoc ipso in sapientia salomonis. Et si coram hominibus tormenta passi sunt.
spes eorum in mortalitate plena est. & in paucis uexati in multis benedis
ponentur. quo deus temptauit illos. & inuenit illos dignos se. Tamquam
aurum in fornace probauit illos. & quasi holochaustam hostiam accepit

27v

Österreichische Nationalbibliothek
Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod962/0062